



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0648

Sabato 31.08.2024

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per il 53° Congresso Eucaristico Internazionale nel 150° anniversario della consacrazione dell'Ecuador al Sacro Cuore di Gesù (Quito, 8-15 settembre 2024)**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla Messa presso il Santuario della Madonna dell'Arco a Sant'Anastasia (8 settembre 2024)**

◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- Em.mo Card. Robert Francis Prevost, O.S.A., Prefetto del Dicastero per i Vescovi;
- Em.mo Card. Mario Grech, Segretario Generale della Segreteria Generale del Sinodo; con l'Em.mo Card. Jean-Claude Hollerich, S.I., Arcivescovo di Luxembourg; Padre Giacomo Costa, S.I.; e il Rev. Riccardo Battocchio;
- Consiglio Direttivo di *Vitae Global Foundation*;
- Partecipanti al Capitolo Generale dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini;
- Dirigenti e Dipendenti dell'Azienda Terna.

[01332-IT.01]

◆ **Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per il 53° Congresso Eucaristico Internazionale nel 150° anniversario della consacrazione dell'Ecuador al Sacro Cuore di Gesù (Quito, 8-15 settembre 2024)**

In data 24 agosto 2024 il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Baltazar Enrique Porras Cardozo, Arcivescovo emerito di Caracas, Legato Pontificio per il 53° Congresso Eucaristico Internazionale, che sarà celebrato a Quito, nel 150° anniversario della consacrazione dell'Ecuador al Sacro Cuore di Gesù, dall'8 al 15 settembre 2024, domenica quest'ultima in cui si terrà la "Statio Orbis".

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici:

- 1) Rev.do P. Wilson POSLIGUA BRAN, O.S.S., Vicario per la Vita Consacrata;
- 2) Rev.do Don Darwin SALAZAR CALDERÓN, Cancelliere Arcidiocesano.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale:

Lettera

Venerabili Fratri Nostro
BALTHASARI HENRICO S.R.E. Cardinali PORRAS CARDOZO
Archiepiscopo emerito Caracensi

Sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi mystica indoles in Dei erga nos demissione nititur, proinde et socialem secum ferens rationem, ut «unum corpus» (*1 Cor 10, 17*) efficiamur in exsistentiam unam fusi. In Eucaristico sacramento, enim, amor in Deum et amor in proximum vere coniunguntur: incarnatus Deus omnes ad se nos trahit (cfr Benedictus XVI, *Deus caritas est* 13-14), suae nos in caritatis fornacem immergit (cfr *Desiderio desideravi*, 57), quae in Iesu Sacri Cordis simbolo eminentissime exprimit aeterni illius amoris imaginem (cfr s. Paulus VI, *Investigabiles divitias Christi*).

Necesse est, igitur, fraternitatem ad medendum mundo simul aedificemus, dum eandem exoptamus «uti unum genus humanum, uti viatores eadem humana carne facti, uti filii eiusdem terrae quae nos omnes recipit, quisque cum divitiis fidei suae vel persuasionum suarum, quisque cum voce sua, omnes fratres» (*Fratres omnes*, 8). Ut donationem Dei resuscitemus (cfr *1 Tm 1, 6*) simulque omnes gentes uti fratres agnoscamus ex amore Eucaristico, qui a Christi Corde manat, coniunctos, unius Patris filios et fraternitatis fabricatores, animum Nostrum ad LIII Congressum Eucharisticum Internationalem apparamus, CL quoque anniversarium a consecratione Aequatoriae Sacro Cordi Iesu pie recolentes, qui ideo proximo Septembri mense Quitensi in urbe celebrabitur, dum ibique *Statio orbis* die dominica XV eiusdem mensis eveniet.

Cum aliquem Purpuratum quaeramus Patrem, qui personam ac proximitatem Nostram gesturus huic Congressui praeesse valeat, ad Te, Venerabilis Frater Noster, libenter decurrimus, Archiepiscopum emeritum Caracensem, harumque Litterarum vi Te Legatum Nostrum designamus, mandatis Tibi factis, ut integrum per hebdomadam diebus VIII-XV proximi mensis Septembbris in praecclara urbe Quito in Aequatoria sollemnibus Congressus Eucaristici Internationalis celebrationibus Nostro nomine praesidis cunctisque ibi congregatis fidelibus assiduum Nostrum manifestes humanitatem. Ad ecclesiam Eucharistiae sensum attingens, eundem quoque communionis fontem esse renuntiabis, ex quo mandatum gignitur operis sanationis Christi erga huius mundi vulnera adaperiendi.

Dum per Te, Venerabilis Frater Noster, sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque, publicas auctoritates et christifideles laicos consalutamus, Quiti Congressus participes, precibus Nostris omnes comitamur, Omnipotentem Deum obsecrantes ut, materna intercessione Beatae Mariae Virginis de *El Quinche* suffulti, fraternitatem ad mundo medendum de Eucharistia consequi ac testificari valeant.

Hoc munus ingentis quippe aestimantes ponderis, Tibi, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem impertimus universis Congressus Eucharistici Internationalis Quitensis participibus transmittendam, omnium donorum conciliatricem speique pignus.

Datum Romae, Laterani, die XV mensis Augusti, in sollemnitate Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno Domini MMXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

FRANCISCUS

[01333-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla Messa presso il Santuario della Madonna dell'Arco a Sant'Anastasia (8 settembre 2024)**

In data 10 agosto 2024 il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Marcello Semeraro, Prefetto del Dicastero delle Cause dei Santi, Suo Inviato Speciale a presiedere la Messa che si terrà l'8 settembre 2024 presso il Santuario della Madonna dell'Arco a Sant'Anastasia (Napoli), in occasione del 150° anniversario dell'incoronazione della Sacra Immagine.

Il Legato Pontificio sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti ecclesiastici:

- 1) Don Tommaso LUCANIA, del clero di Nola e parroco di Santa Maria La Nova di Sant'Anastasia;
- 2) Mons. Pasquale DI LUCA, del clero di Napoli in servizio presso il Dicastero per il Clero.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio:

Lettera

Venerabili Fratri Nostro
MARCELLO S.R.E. Cardinali SEMERARO
 Praefecto Dicasterii de Causis Sanctorum

Insignes profecto testificationes annorum progressu singularemque pietatem in Virginem Mariam tribuere consuesse in orbe terrarum fideles probe scimus. Id contingere terram Campaniae in dilecta Italia pro comperto habemus, ubi fidelium multitudine decurrit ad spectabile Mariale Sanctuarium Deiparae ab Arcu appellatae apud oppidum Sanctae Anastasiae, Neapolitana in provincia. Centesimus eventurus est et quinquagesimus annus ex quo tempore, die videlicet VIII mensis Septembris anno MDCCCLXXIV, Beatae Mariae Virginis imago aureo diadematate redimita est ex voluntate beati Decessoris Nostri Pii IX. Hoc in Sanctuario sacra haec effigies pii obsequiis colitur et a sodalibus Ordinis Praedicatorum plus quam quattuor saeculis assidue custoditur.

His spectatis rebus, libentes volentesque Reverendi Patris Ioannis Pauli Pagano, O.P., Prioris et Rectoris clari Sanctuarii optatis subvenire cupimus, qui quaesivit ut Pater Purpuratus nominaretur et celebrationi CL anniversariae memoriae coronationis imaginis Deiparae Virginis ab Arcu sollemniter proxime agendae praeesset.

Nos permagna permoti animi affectione te, Venerabilis Frater Noster, qui singulare exerces munus Praefecti Dicasterii de Causis Sanctorum, destinare studemus ad dictam celebrationem, ut ritus ipse congrua sollemnitate evolvatur et pari dignitate absolvatur. Quocirca praestabilem simul aestimationem tibi significantes, his Litteris te MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM constituimus, ut eventui illi die VIII insequentis mensis Septembris celebrando praesis ipsamque vocem Nostram signifiques.

Omnis quippe huius celebrationis participes adhortaberis ut, animis cum sanctissimi Redemptoris animo coniunctis, universorum donorum ex intercessione Beatissimae Virginis Mariae a Deo Patre impetratorum plene sint consciit eaque ceteris impertienda possint conferre. Patrem Priorem Rectoremque Sanctuarii, omnes adstantes sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque et christifideles laicos Nostro salutabis nomine Nostramque iis ostendes benevolentiam. Oremus igitur et obsecremus hodie Virginem Mariam, ut nostrorum temporum omnibus nobis sinceram, fortē, inviolabilem impetrē fidem, in obscuris et in dubiis patientem atque constantem, eam scilicet fidem, quam beatus Ioannes Apostolus nostram esse dicit victoriam, quae vincit mundum (Cfr 1 Io. 5, 4).

Caelestium verum donorum conciliatrix et nuntia esto Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libenter in Domino impertimur, quam item ad omnes congregatos volumus pertinere, a te et ab illis petentes auxilium precationum vestrarum pro officio Nostro Petrino prospere exercendo.

Datum Romae, Laterani, die XV mensis Augusti, in sollemnitate Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno MMXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

FRANCISCUS

[01334-LA.01] [Testo originale: Latino]

[B0648-XX.01]